



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De quadam abbatissa quæ se proclamauerat super militibus in claustro
suohospitantibus. lxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

ab episcopis corrigantur. Non semel, sed sæpius in anno episcopi visitent monasteria monachorum, & si quid corrigendum fuerit, corrigant. Monachi autem abbatibus omni obediētia & deuotione subiaceant. Quod si quis per contumacia in extiterit indeuotus, ac per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquid habere præsumpserit, omnia quæ acq̄iserit, ab abbatibus auferantur, secundum regulam monasterio profutura. ipsi aut̄ qui fuerint peruagant̄ ubi inuenti fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur, & constringantur.

De monachis, qui filios procreauerint. Cap. LXVIII.

Ex dictis S. Isido. **M**onachi filios procreantes in carcere recludantur, nisi in facinus continua lamentatione desinentes, vel ad mortem sola misericordia in communionis gratia possit indulgeri.

De sanctimonialibus, que vim barbaricam pertulerunt. Cap. LXIX.

Ex decr. Leonis papæ. cap. 49. **D**E his autem, quæ in sacro virginitatis proposito constitutæ, barbaricam pertulerunt violentiam, & integritatem pudoris non in animo, sed corpore perdiderunt, nobis videtur seruanda moderatio, vt neque in viduitate deiciantur gradum, neque in sacrarum & perseverantia virginum numero censeantur. Quibus si in omnibus singularibus obseruationibus perseverant, & castimoniam integritatem mente custodiunt, sacramentorū eis non est neganda cōmunio: quia iniustum est illas in eo, vel arguere notari, quod nō volūtas admittit, sed vis hostilis eripuit.

De quadam abbatissa, que se proclamauerat super militibus in claustro suo hospitantibus. Cap. LXX.

Ex regis Greg. ad Fortunianū episcopum Neopolit. cap. 112. **I**nsinuauit nobis latrrix præsentium agnella abbatissa, quod intra monasterium ipsius milites hospitemur, omnino de fraternitatis vestre sollicitudine mirari non queat, si hoc patienter tulerit, & nō illud cum omni celeritate fecerit emēdari. Vnde hortamur, vt vel nunc studium stri sit, instanter eis quorum interest imminere, quatenus sine aliqua exinde excusatione tollantur, & nullus vltterius meatum accipiat, nec callidus hostis occasio

inueniens, de deceptione religiosi habitus, quod absit, valeat exultare.

Quod res ecclesiasticae ad laicos disponenda non respiciant. Cap. LXXI.

Synodali decreto sancitum est, ne laici, vel seculares de *Ex cōcil.*
 viris Deo dicatis, ecclesiasticisque facultatibus, aliquid ad *apud Cō*
 se putent, vel praesumant praeter reuerentiam pertinere, *pendium,*
 quorum quarumque sacerdotibus disponendi indiscusse *cap. 10.*
 a Deo cura commissa docetur. Si quis contra haec venite
 praesumpserit, anathemate feriatur.

De eadem re. Cap. LXXII.

De viris Deo dicatis, vel ecclesiasticis facultatibus a- *Ex eodē,*
 liquid disponendi, nulla legitur laicis, quanuis reli- *cap. 3.*
 giosis, vnquam attributa facultas.

Vi abbates ad synodum ire non cogantur, nisi pro rationabili re. Cap. LXXIII.

Episcopus nō debet abbatem cogere ad synodum ire, *Ex cōcil.*
 nisi aliqua rationabilis causa consistat. *Turonē.*

Et congregationes monachorum sine collaudatione episcopi fieri non liceat. Cap. LXXIII.

Cellulas nouas, aut congregatiūculas monachorum, *Ex cōcil.*
 absque notitia episcopi prohibemus institui. *Epaonēsi*
De virginibus sacris, quae parentibus priuantur. cap. 10.

Cap. LXXV.

Vt virgines sacrae si parentibus a quibus custodiebā- *Ex cōcil.*
 tur, priuatae fuerint, ab episcopo custodiātur. Vbi au- *Africa-*
 tem episcopus absens est, prouidentia grauioribus fœmi- *no, ca. 11.*
 nis commendetur, vt simul habitantes inuicem se custo-
 dian, ne passim vagando, Ecclesiae laedat existimationem.

Qui religiosis fœminis praeponeendus sit. Cap. LXXVI.

Qui religiosis fœminis praeponeendus sit, ab episco- *Ex cōcil.*
 po probetur. *Cartha-*

De sanctimonialibus quid in claustris facere debeant.

Cap. LXXVII.

Sanctimoniales in monasterio constituta habeant stu- *Ex cōcil.*
 diū in legendo, & in cantando, & horas canonicas so- *Mogūti.*
cap. 6.